

## Werk

**Titel:** Herbarium Amboinense, plurimas conpleteens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

**Jahr:** 1741

**Kollektion:** Zoologica

**Werk Id:** PPN369546628

**PURL:** [http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546628|LOG\\_0155](http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546628|LOG_0155)

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546628>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

tissimis constans crassis venis, elaboratu difficile, nec per longitudinem sese findens, elegantes tamen exhibet & amplos afferes, qui in mensis & ciftis, si politae sint, elegantes repräsentant venárum flexuras, & concolores sunt, unde merito rubro præferuntur, si vitium non haberet hoc lignum, quod humorem adtingens, viridem adquirat colorem.

*Nomen.* Latine *Lingoum Saxatile*. Malaice *Lingoo Batu*, non tantum, quod saxosis crescat locis, sed quod lignum multo durius ac solidius sit reliquis prioribus. Amboinice dicitur *Nala Pate*, *Nala Pata*, & *Nala Hatu*.

*Locus.* In cunctis crescit insulis Amboinenibus & Moluccis, non autem ita circa ædes ac binæ priores, sed in silvis & montibus.

*Uisus.* Hæc species optimum præbet tigni lignum, ad trabes, postes, & afferes: Hoc *Lingoum* fundum petit in aqua ob ejus gravitatem, quod in prioribus non ita observatur.

## C A P U T V I G E S I M U M S E X T U M.

### Bintangor Maritima. Bintangor Laut.

**Q**UAM pulchra etiam hæc arbor est quoad foliatum ac flores, tam inordinatus ac squalidus est ejus truncus, cortex, & externa facies, quum peculiarem habeat crescendi modum, ita ut, si veteres Poëtae hasce frequentassent insulas, materiam ipsius suppeditasset singularis Metamorphoseos, videtur enim quasi agricola, qui aliquid querit, vel ex mari petere studet, id quod amat, semper enim ejus radices ad silvarum oras tantum excurrunt, nec umquam ultra passum extra illas sese in litus extendunt, trunco autem suo ita prominet, acsi continuo in mare prolaberetur, quod tamen nunquam fit, quum sit satis firmus.

Si litora sint prærupta ac declivia, oblique ac magis erecte locata est hæc arbor, si vero sint plana, ita inclinat, ut vix sub ea decurrere quis possit, ac superior tantum trunci pars parum sese erigit, ita ut ejus viridis modo coma supra aquam sese extendat, & jucundum præbeat spectaculum, si attendamus, quo studio hæc arbor tentet vel toto vel semi inclinato trunco marinam conspicere aquam, acsi illam olfaccere vellet, comam tamen suam ita conservat, ne ab ipsa conspurcetur.

Arbor ipsa est vastissima, tam crasso constans truncu, ut fere nulla ipsi similem quoad crassitatem gerat, atque hic, uti dictum est, nunquam erigitur, sed semper inclinat, ejusque cortex est crassissimus, rugosus, scabér, & irregularis, qui tam sordidus est, ac cujusvis Lamii dorsum; est enim squalidus, niger, crassus, inque ejus fissuris aliquid flavi appetet instar gummi, sed raro tamen. Paucos gerit majores ramos, sed tantos, ut horum quisque truncum fere referat, hi autem sese dividunt in plures alios rugosos & nodosos ramos, qui omnes densam gerunt comam.

E contra folia omnium elegantissima sunt, quæ inveniuntur, plerumque palmam vel octo longa pollices, quatuor vel quinque digitos lata, in junioribus arboribus longiora & latiora, læte viridia, seu ex flavo viridia, inferius magis lutea, glaberrima, crassa, ac firma instar membranæ, superior subrotunda ac parum fissa, seu bifida, inferius magis angustata: Nervus medius ab inferiore protuberat parte, ubi triangularis & acutus est, non autem in superiore folii parte, parallelis porro folia constant ac tenuibus obliquisque venulis pertexta sunt adeo mollibus, ut vix tactu percipiuntur, quæ cruciatim opposita sunt, quatuor simul, si numerentur.

Racemi floriferi in summis progerminant ramis ex foliorum alis ingentes & extensi, hisce insident flores, qui primo capitula sunt albicantia, longis sustentata pedunculis albicantibus, referentes Pomorum Europæorum flores, sed majores, quorum pedunculi cruciatim quoque siti sunt: Flores hi compositi sunt ex novem

Tom. II.

groeve aderen, wel moeyelyk om te werken, en in de lengte niet splytende, maar geft echter schoone en breede planken, tot tafels en kisten, die gepolyfzynde, schoone draayingen van aderen vertoonen, en van eenparige couleur zyn, daaromze met reden beter dan het roode geacht worden, indienze de fout niet badden, datze vogtigheid rakende, zo ligt groen worden.

*Naam.* In't Latyn *Lingoum Saxatile*, in't Maleys Lingoo Batu, niet alleen om dat het op steenachtige platten waft, maar om dat het hout veel harder en massyver is, dan aan de voorige, op Amboins Nala Pate, Nala Pata, en Nala Hatu.

*Plaats.* Het waft in alle de Amboinsche Eilanden, en Moluccos, niet zo familiaar by de wooningen der menschen, gelyk de twee voorige, maar in de Boschen engebergten.

*Gebruik.* Dit geslagt geeft het beste timmerhout tot grof werk, balken, stylen, en planken, dit Lingoo zinkt in't water wegens zyne swaarte, dat de andere niet en doen,

## XXVI. H O O F T S T U K.

### De Zee-Bintangor-Boom.

**Z**O schoon dezen boom van loof en bloemen is, zo leelyk is by van stam, schorffe, en uitterlyk aanzien, zadanig dat, indien de oude Poeeten in deze Landen waren geweest, zy aan hem stof hadden gevonden tot een rare Metamorphosis, want zy schynt een Landman te zyn, en na iets te zoeken, of te kyken in de Zee, dat by bemint, om dat by altyd met zyne wortel aan de rand van het Bosch staat, durvende niet een stap daar buiten op de bloote strand komen, en voorts met het lyf hangt by zadanig over den zelven in de Zee, als of by alle ommuzien vallen wilde, daar by echter geen noot van heeft.

Als de stranden steil afgaan, zo staat hy schuins en meer opgeregt, maar op vlakke stranden gaat hy zadanig leggen, dat men qualyk onderhem door kan kruipen, en slechts het voorste deel van den stam regt by wat opwaarts, dat hy effen zyn jeugdig loof boven't water bout, in somma, 't is plaizerig te zien, met wat voor een iever dezen boom poogt, of met een gebeele, of met een half nedergehogen, en als knielenden stam het Zeewater te bekijken, als of by daar aan rieken wilde, en echter zyn kruin zadanig bewaart, datze van het zelve niet bespat en werd.

Het is een grooten woesten boom, met een zo dikken stam, als men eenige andere ziet, als gezegd, nooit regt over eind staande, maar altyd voor over hellende, met een zeer grote, ruige, en onfatsoenlyke schorffe, zo lelyk, als eenig Haymans rugge zyn mag; vuil, swart, dik, en hard, en in de scheuren ziet men iets geels, als een gom, doch zeer schaars. Hy heeft weinig hoof-takken, waar van ieder een gebeele stam verbaelend kan, maar dezelve verdeelen hun in vele andere ruige knoeftige takken, alle met een digt loof bekleet.

De bladeren daar en tegen zyn van de schoonste, die men vinden mag, in't gemeen een staande hand of acht duimen lank, vier a vyf vingers breed, aan de jonge boomen zynze langer en breder, jeugdig of geel-groen, doch van onderen geelder, zeer glad, dik, en styf, als Parcament: Vooren rond, of een weinig gekloft, achter wat toesnallende, de middel zenuwe steekt onder verre uit, alwaarze driekantig en scherp is, maar boven niet, voorts over dwers zynze doorreegen met zeer fyne en evenwydige adertjes, die men qualyk voelen kan, zy staan tegen malander met hun vieren in't kruis.

De bloemdragende troffen komen aan 't voorste der takken, als uit den schoot der bladeren, groot en wyd uitgespreit, daar aan komen de bloemen, zynde eerst witte knoppen op lange steelen, zeer gelyk het appel-bloeizel in Europa, doch wat grooter, met hun steelen ook in't kruis, gemaakt uit negen of tien spierwitte ronde, half bolle,

Dd 2

en

vel decem albis, subrotundis, semi excavatis & integris petalis formam minoris Rosæ referentibus, horum bina extrema maxima sunt, quibus opposita sunt bina alia petala cruciata, inque horum medio quinque vel sex alia minora petala extrorsum flexa, quorum cavitas iterum erigitur, floris centrum repletum est brevissimis staminibus antheras croceas gerentibus, quales in Rosæ Antheræ vocantur, quæ adeo arcte compactæ & repletæ sunt, ut petala videantur extrorsum flectere, staminula hæc in medio subrotundum ac ruffum abscondunt capitulum, cui pistillum inponitur albicans, quod in fructum excrescit. Florum odor est gratissimus, ad Lilia alba accedens, quem per 24 horas fervant.

Fructus sunt perfectæ sphærici, forma & magnitudine rotundi Pruni minoris, vel globuli sclopeti, glaberrimi & æquales, superius parum acuminati, glauci, quamdui ex arbore dependent, maturi vero & decidui sunt flavi vel lignei coloris, horum exterior pellicula sensim rugosæ est, finditur, ac decidit, sub hac occurrit capitulum perfectæ sphæricum, pallidi coloris, quod constat ex siccо & fungoso putamine instar suberis, in hujus centro verus reconditur nucleus, ex rotundo acuminatus, substantiæ Castanearum, externe albicans, interne crassus, luteus, viscosum exsudans Oleum, quod in vetustis etiam nuclei exprimi potest, & instar Terebinthinæ cum exungia mixta spissum est.

In tota arbore continetur viscosus, sed paucus liquor, qui in abruptis foliis crassus appetet instar lactis condensati, qui in cortice gumimi flavescens refert, in fructibus vero oleum flavum. Si folia tractentur, odorem spirant squillarum tostarum, qui odor penetrantior est in cortice vetustarum præsertim arborum, qui plerumque gummosus est: Lignum primo intuitu Quercino simile videtur, sed peculiaris est formæ, quod a cæteris differt lignis, est enim grave, solidum, crassis constans fibris, plurimisque rarissimis & intortis fibris & venis, ita ut vix findi possit, & rursum per longitudinem, sed semper juxta decursum venarum in parva segmenta rimas agit.

Illud duplicitis coloris est, primo enim est cinereum instar Quercini ligni, maculis aliquando pallidis seu flavis distinctum ut & fibris crassioribus. Alterum est ruffum instar lateris semi cocti, tenuiores habens fibras, quarum decursus plerumque sunt longitudinales, striasque formant latas, cæterum utrumque eandem habet substantiam & naturam: Ruffum vulgatissimum est, sique politum sit, splendet, & radios seu reflexum emittit instar Serici, hæc vero ligna difficulter poliri possunt, uti infra ulterius indicabitur.

Hæc arbor, uti dictum est, semper in litore crescit, radicibus infixa oræ silvarum, cæteraque coma ad litus & mare inclinat. Ad distantiam vibrationis arcus saepè in silvis occurrit planis, si vero loca hæc adcurate examinentur, apparebit tractum illum fuisse a mari auctum & adcretum, atque ibidem nucleos ab hominibus vel avibus fuisse projectos. In media enim terra hæc arbores plantari satis bene possunt, ubi & erectæ satis crescunt in initio, sed sensim incrementibus annis naturalis instinctus sese prodit, quum ad mare iterum inclinant, non autem ita acsi in litore locatae essent.

In isthmo, quo mons vetus Soya dictus ad Borealem plagam alteri jungitur monti, qui locus per miliaire in ipsa regione situs est, ab antiquis jam temporibus vastissima ac silvestris penitus stetit Arbor Bintangor, nec ulli notum est, qua ratione ibi excrevit, hac radicibus suis totum occupabat istum Isthmum, ita ut vix aliquis transire ibi posset, plurimique homines rupes esse radices istas putabant.

Anno autem 1664 subitus hanc arborem infestavit ignis, nulla cognita causa, & quum hæc musco aliisque concreta esset herbis, ita totam incendit arborem flamma, ut tota quanta fuerit consumpta & deflagrata maximo incolarum dolore, qui hoc tanquam infustum habebant omen. Ejus lignum itidem ruffum erat, sed non ita eleganter striatum ac illud, quod in litore crescit.

Quotannis mense Decembri copiosos profert flores, quum jucundum ad longam distantiam spargit odorem: Subsequentibus mensibus maturescunt fructus, qui plerumque in aquam decidunt, fastuosum vero mare amatoris sui dona spernens, illos in litus projicit

en beeble blaadjes, in gedaante van een klein roosje, waar van de twee buitenste de grootstzyn, by de bloem staan twee andere blaadjes met de voorige in 't kruis, en binnen dezelve vyf a zes kleindere blaadjes uitwaarts geboogen, en dan met de bolligheid weder opwaarts, bet middeleste is uitgevult met korte draatjes, die Saffraangele notpen dragen, diergelyke men in de roos Anthera noemt, zo digt in malkanderen gedrongen, datze de blaadjes schynen uitwaarts te persen. Deze draatjes verbergen in baar midden een rond en ros knopje, daar een witte draadje op staat, waer uit de vrucht werd, den reuk van de bloemen is zeer lieflyk, na de witte Lelien trekkende, en behouden die over een etmaal.

De vruchten zyn regt kogelrond, in de grootte van een ronde Pruime, of een kleine Bus-kogel, heel glad en effen, met een klein spitsje voor op, Spaansch-groen, zo lange zy aan den boom hangen, maar de rype en afgevallene zyn geelachtig, of houtverwig, de buitenste schel werd metter tyd rimpelig, scheurt en valt af, daar onder vind men dan een regt rond bolletken, bleek van couleur, bestaande in een drooge en vooze bolster als kork, in de midden leid de regte korrel, uit den ronden wat spits, van substantie als een Caftanje, van buiten witachtig, van binnen dik, geel, en kleverig, Oly uitsweetende, het welk men in de oude heesten nog uitperzen kan, en zo dik word als Terpentyn met ongel gemengt.

In de beeble boom steekt een kleverig, doch schaars zap, het welk zig in de afgebrooken bladeren dik vertoont, als witte melk, in de schorje als een geelachtig Gom, in de vruchten als een greele Oly: De bladeren wat gehandelt rieken, als gebraden garnalen, welke reuk men sterker gevoelt in de schorje, zonderlyk van de oude boomen, die meest gommeus is, het hout is in 't eerste aanzien het Eikenbouw gelyk, doch van een byzondere gedaante, en van andere bouteren verschillende, want het is swaar, massyf, grofdradig, en met vele zeldzame draayingen van aderen zadanig verwervd, dat het qualyk splayten wil, schier nooit in de lengte splaytende, maar alleen na den loop der draayingen, en dat nog met korte stukken.

Het is tweederlei van couleur, het eerste is graauwachtig, als Eikenbouw, en somtyds met bleke of geelachtige plekken, en grofdradig; Het ander is bleek-ros als een half gebakken steen, fynder van aderen, en wiens draayingen heeft in de lengte loopen, en maken eenige breede strepen, anderzins beide van eenderlei substantie en aard, het rosse is wel het gemeenste, en als het gepolyt werd, glint het, en geeft een weerschyn, als zyde, doch deze bouteren laten zig zeer qualyk polysten, gelyk hier onder zal gezegd werden.

Het waft, als gezegd, altyd op het strand, en met het resterende lyf overhangende na de Zee. Men vindze wel een boog-schoot daar van af in vlakte Boßchen, maar als men de plaatzen ter degen aanziet, zal men bespeuren, dat het voor-Land aldaar aangegroet zy. Ofte dat de korrels door menschen ofte vogels aldaar gebragt zyn. Want men kanze wel landwaarts in planten, daarze voor eerst schoon regt opschieten, en gelyken, als ofze een wakkere boom wilden worden, maar met de jaren vertoont zig de natuurlyke drift, beginnende na de Zee te rieken, en voor over te hellen, doch zo zeer niet, als die op strand.

Op den smallen bals, waar mede den berg oud Soya in het Noorden aan de andere berg vast hangt, zynde wel een myl Landwaart in, heeft van al oude tyden gestaan eer zeer grooten en woeften strand-Bintangor-boom, zonder dat iemand weet, hoe by daar gekomen is, by besloeg met zyne uitsteekende wortelen dien gebeelen bals, dat men ter naauwernoot voorby gaan koste, en de meeste menschen zagen voor klippen aan.

Doch in het jaar 1664. is een schielijk vuur in dezen boom gekomen, men weet niet hoe, en dewyl dezen boom met mosch en andere ruigte zeer behangen was, heeft den brand zadanig toegenomen, dat by gantsch verbrand is, tot geen kleine droefheit van de Inwoonders, die dat voor een quaad voor poock bielden; zyn bout was mede van het rosse geslagt, doch zoo mooy geadert niet, als het geene op strand waft.

Jaarlyks in December staat by vol bloemen, wanner by zynen lieffelyken reuk verre verspreidt. In de volgende maanden rypen de vruchten, dewelke meet in 't water vallen, doch die spytige Zee, hares Minnaars gaven veragende, smyt die al weder op strand met hoopen, en dat

project magna copia, atque quo usque id fieri potest, ubi nuclei iti sub herbis latentes in arbusculas excrescent, unde & haec arbores ad silvarum oras semper locantur.

*Nomen.* Latine *Bintangor Maritima*. Malaice *Bintangor Laut*. Quidam hanc etiam vocant *Bonga Tanjong*, quod nomen commune est cum arbore supra capite 17 descripta, quum plerumque crescat in montibus istis ad mare sitis, quos Malaienses *Tanjong* vocant. Belga nostri, Moluccas inhabitantes, ipsi nomen *Caju Marea* tribuerunt, quod forte acceperunt a Lusitanis, qui *Marea* dicunt maris aestum, seu talia litora, quae vicissim maris itu & reditu inundantur, ubi & haec arbores potissimum crescunt. Javanis dicitur *Jampelong* & *Tsjankoc*, Baleynsibus *Tsjampelong* & *Tsjampelong*, quo nomine plurimis Maleyensibus nota est. Ternatibus *Fidacca*, atque peculiariter ejus flos *Copratsja*, & *Carpuratsja*, fructus vero *Tsjopelon*. Macassarenibus *Punanga Boeg*: *Betau* & *Bitau*. Amboinenibus *Hataur*, *Hataulo*, & *Hutaulo*, ut & *Hattou-Ui*.

*Locus.* Nota est haec arbor per totam Indiam aquosam, ac praesertim in insulis Moluccis, & Amboinenibus, tam in planis quam in praeeruptis litoribus, quae raro homines vel animalia frequentant: In Amboina plurimum occurrit in faxo litoris Lariques & Suli; in Cerama totus plani litoris tractus a Nassaico isthmo usque ad Assa Hoedi, per aliquot millaria obsitus est vastissimus *Caju Marea* arboribus, plerumque quasi decumbentibus, comaqua sua in aquam inclinantibus, ita ut sub iis tanquam sub umbraculo ambulare quis possit, adeoque vegete crescunt, ut illarum folia ultra pedem longa sint. Observatum fuit, aves aliquando nucleos in montes transferre, ut & in insulas, in quarum litoribus non inveniuntur, nec notae sunt, qui ibi etiam saepe progerminant. Hinc quædam tales arbores occurruunt in Bandæ regione altiore, ac forte tali modo ita Soyaensis arbor propagata fuit.

In Occidentalibus Indiae plagiis haec quoque nota est, uti in Malabara, & Zeylana, ibique longo & sinuoso trunco in litora decumbit, ac superiore truncu ac comæ erigit partem, ita ut ab aqua marina non adipergatur, ibique plurimos & odoratos profert flores, ejus autem folia ibi sunt minora quam in Amboinenis.

Dum itaque haec arbor in Zeylana ac vicinis insulis eradicata, casu per mare in Cormandelam transvehi potest, si pro vero assumere velimus, quæ Portugallici scriptores, & inter alios *Faricus* tom. I. libr. 2. cap. 17. rer. Indic: ex antiqua Indorum translatio ne narrant, Apostolum St. Thomam ad urbem Meliapourum seu St. Thomæ, quæ tum temporis duodecim milliaribus a mare distabat, vastam arborem cinctura sua e litora ad urbem pertraxisse, ex qua totum suum sacrarium construxit, quod lignum Rex Sagamus antea adeo expetiverat in suum usum, sed omni sui populi vi advehere non potuit, haud male ergo conclaudi posset, talem fuisse arborem; nullæ enim ingentes in litora crescunt arbores, quæ mechanico huic usui inservire possint.

*Ufus.* Quamdiu haec arbor crescit, ejus flores ac fructus usui inserviunt: Flores expertuntur a mulieribus, quæ illos capillis suis innectunt, vel in cistis vestimentis adponunt, ut gratum ipsis concilient odorem, florum antheræ usui medico conducunt, atque illum in finem colliguntur & adservantur, quas potibus incoquunt puerperis propinandis.

Petulantes Baleyæ reges floribus hisce pulvinaria replent, ut gratum spirent odorem, aëri autem saepius haec exponenda sunt, quum crassos alioquin ac pingues generent vermes. Hoc autem semen, generali nomine *Sari* dictum, calidioris est naturæ, quam illud *Naggafjari*, quod ad similia adhibetur mala, florum cauſa haec saepe arbor a Maleyensibus & Macassarenibus circa ædes suas plantatur, & loco *Naggafjari* usurpatum.

Ex maturis ejus fructibus oleum colligitur vario modo, primo enim eorum exteriora putamina decorlicantur, interioresque nuclei in Sole exsiccantur, donec flavum exsudet oleum, hi dein contunduntur vel conteruntur, in bræque pilosæ inponuntur ex Cap-

dat zoo hoog op het Land, als ze kan, alwaar die korls, die in de ruigte gesmeeten worden, tot nieuwe boompjes opschieten, en daar van daan komt het, dat deze boomt altyt in de rand van het bosch staan.

*Naam.* In 't Latyn *Bintangor Maritima*. Op Maleyts Bintangor Laut. Zommige noemen hem ook *Bonga Tanjong*, een naam gemeen met den boom, boven Kapittel 17 beschreven, om datze gemeenlyk staan aan de hoofden of voorgebergten, die in de Zee uitsteeken, die de Maleyers Tanjong noemen. Onze Nederlanders, die in de Moluccos woonen, hebben hem den naam van *Caju Marea* gegeven, den welken zy misschien geleend hebben van de Caſtilianen, dewelke *Marea* noemen het gety van de Zee, of zoodanige stranden, die met beurten door Eb en Vloed bespoelt worden, alwaar deuze boomen heeft waſſchen. Op Javaans Jampelong, en Tsjankoc: *Baleys Tsjampelong* en *Tsjampelong*, met welken naam zy ook by de meeste Maleyers bekent is. Ternat Fidacca, en de bloem in 't byzonder *Copratsja* en *Carpuratsja*, de vruchten *Tsjopelon*. Op Macassers Punanga Boeg: *Betau*, en *Bitau*. Op Ambons Hataur, Hataulo, en Hutaulo, ook Hattou-Ui.

*Plaats.* Hy is bekent door gantsch water-Indië, inzonderheit veel in de Moluccs en Amboinsche Eilanden, zoo wel op vlakte, als steyle stranden, daar weinig gewoel van menschen en vee is. In Amboina heeft men hem meest op de steenige strand van Larique en Suli, op Ceram is de geheele vlakte strand van het Nassauſche gat aan, tot Assa Hoedi, eenige mylen lank, met zeer sware Caju Maria-boomen bezet, heeft leggende, en met haar hoofd aan het water reykende, dat men daar door, als onder Prieelen kan gaan, zoo weeldrig in 't groeyen, dat de bladeren over een voet lang zyn. Men heeft bevonden, dat de Vogels somtyds eenige korls in het gebergte brengen, ook op Eilanden, op wiens stranden zy onbekent zyn, en komen aldaar somtyds op. Hier door vind men eenige zoodanige boomen op het hooge Land in Banda, en misschien is de voornoemde Soyaansche boom ook zoo voortgeleed.

In de westelyke deelen van Indië is hy ook bekend, als in Malabar, en op Ceylon, met een lange en bogtige stam op strand leggende, en het voorste zyne kruinen opliggende, datze buiten het water blyven, aldaar mede vele en welriekende bloemen dragen, doch de bladeren zullen wat kleinder zyn, dan aan de Amboinze.

Dewyl dan dezen boom op Ceilon, en de naburige platten uitgeworteld, by geval door de Zee mede op Cormandel kan gebragt werden, zo men voor de waarheid wilde bouden, bet gene de Portugeeze Schryvers, en onder anderen *Jaricus Tom. I. Lib. 2. Cap. 17. Rer. Indic.* uit een oude Traditie der Inlanders verhalen, dat den Apostel St. Thomas by de stad Meliapour of St. Thome, die doemaals twaalf mylen van de Zee lag, een groten boom met zyn gordel van den strand na de stad zoude geslepen hebben, waar uit de gebeelen Kapelle van hem gemaakt zy, en welk bout den Koning Sagamus te vooren zogaarn tot zyn eigen bouw begeert hadde, doch met alle zyn magt niet optrekken konde, zo zoude men niet qualyk kunnen giften, dat het een zadanigen boom moet geweest zyn, want geen groote boomen op strand waſſen, die tot die fabryk dienstig zyn.

*Gebruik.* Zo lang als den boom staat, heeft men het gebruik van de bloemen en vruchten. De bloemen zyn begeert van het Vrouw-volk, die dezelve garen in bare haren dragen, of in bare kisten by de kleederen leggen, om een goede reuk daar van te krygen, het geele Zaat van binnen werd verward tot gebruik in de Medicyne, om in dranken te gebruiken, voor de Vrouwen, die uit het kraanbedde opstaan.

De dertele Koningen van Baley vullen bare hoofdpelen daar mede, om dat het van goeden reuk is, doch men moetze somtyds verlugten, anders gewint het dikke en witte wormen, en is dit Zaad ('t welk men in 't generaal *Sari* noemt,) beeter van natuur, dan dat van *Naggafjari*, het welk men tot diergelyke gebreeken gebruikt, om der bloemen wille word ook somtyds dezen boom van de Maleyers, en Macassaren by bare huizen geplant, en in plaats van *Naggafjari* gebruikt.

Uit de rype vruchten werd een Oly gehaalt, op verscheide manieren, want men schild vooreerst de buitenste bolster af, de binnenste korrels droogt men in de beete Zon, tot dat daar de geele Oly uitsweete, dezelve stampf of vryft men als dan, doet het in een hairige seest, van den Calap-

lappæ arboris Runut confecta, qui inter duo compri-  
muntur ligna, donec spissum extillet oleum, vel hi  
nuclei siccâ tam diu conservantur, donec oleum tale  
requiratur, qui tum contunduntur & in sartagine tor-  
rentur; ac priori exprimitur modo, uti cum Nucibus  
moschatis id sit, tosti hi & contusi aquæ etiam inco-  
qui poslunt, ac supernatans tolli oleum ope cochlearis,  
uti Calappæ oleum colligitur, expressio autem ejus  
melius succedit, sed magna istorum nucleorum requi-  
ritur quantitas: Oleum hocce modice calidum est,  
conducitque ad cutis fôrdes & scabiem tollendam &  
curandam: In Macassara, Baleya, & Bima candelæ ex  
hifse formantur nucleis, ad solem enim siccari adhi-  
bentur, qui acuto adligantur bacello in formam &  
longitudinem candelæ, vel contunduntur & miscen-  
turi cum certa Gossypii quantitate, & circumvolvun-  
tur angustis Bambu arundinis segmentis, vel ex Gabba  
Gabba confectis in formam candelæ. Quidam semi-  
maturos colligunt fructus, quos muria condunt, quo-  
rum exterius tantum putamen instar Olivarum come-  
ditur.

Ejus lignum durabilem fatis continet materiam, sed  
difficillimum est elaboratu dolatoribus, ut & securi, ser-  
ra tantum per recens transire potest, atque ex illo  
non nisi breves trabes & lati asseres formari. Quid-  
quid itaque ex illo desideratur, ex recenti prius ligno  
formandum est, dein perdolari ac poliri tritura po-  
test frequenti.

Optimum est ad axes, rotas, majoresque machinas  
ingentium tormentorum bellicorum, quum non fin-  
datur, vel rimas agat, licet magni ipsi insigantur clavi  
ob crispam & vorticosem ejus substantiam, unde &  
incolæ insulæ Key illud adhibent ad costas navigiorum  
incurvas, quum in aqua marina quam maxime durabi-  
le sit, serra fatis bene etiam in latos formatur asseres,  
ex quibus mensæ ac cistæ fabricantur, sed difficilem  
requirunt laborem, antequam glabrae & politæ sint,  
dolabra enim vix glabrum redi potest hoc lignum,  
semperque rugosum ac pilosum est in una alterave  
parte, dein autem fricatur aqua & arena, ac denuo  
siccum politum fit ope scorearum ex arundine Rottang  
fissa confectarum, magna hominum vi applicatarum.  
Hac frictione demum in conspectum veniunt rari isti  
vortices, striæ, & undæ venosæ, lignum ipsum splen-  
det, primæque speciei lignum exsiccatur obscure ci-  
nereum, secundæ vero pallide ruffum cum luteo mix-  
tum, quod magis etiam splendet quam cinereum, ac  
reflexum exhibit.

Portugallorum cistæ in Zeylana & Malabara con-  
structæ ex hoc ligno, multo crassiores habent fibras,  
suntque rugosiores quam Amboinenses, eleganter au-  
tem splendent, & obscure fuscum habent colorem,  
instar ligni Sideroxyli vetustioris, pro quo male etiam  
a nostris fabrificis hoc lignum habetur: Hoc au-  
tem non est adhibendum ad quævis opera ex as-  
seribus confecta, nisi rite siccum fuerit, atque per  
annum adservatum, hi quoque ex hoc confecti non  
sint tenuiores pollice, hoc enim lignum nunquam  
rimas agit, neque humiditate, neque colore, sed tenui-  
ter secati & nimis recenter usurpati incurvantur  
pluvioso præsertim tempore, ac sese contrahunt,  
recentesque hoc quoque vitium habent, quod cistæ  
ex illis fabricatae facilime mutosum spirent odorem;  
si diu occludantur. Incolæ tam Javæ, quam Mo-  
luccarum & Amboinæ raro hoc adhibent lignum,  
quum parvis suis securibus, reliquisque pusillis in-  
strumentis non valeant ingentes hujus ligni moles  
elaborare.

Hoc quoque lignum aliud habet vitium, siccæ nempe  
& rugosæ sœpe in hoc sunt maculae, quæ nunquam poliri  
posunt, sed semper rugosæ manent, unde & hoc  
postea a Boeronenibus & Manipensibus anno circiter  
1666 Societati nostræ Indicæ venditum fuit ad costas,  
carinas, & asseres Liburnæ & Scaphæ ex illo forman-  
dos, quod in Liburna ultra duodecim duravit annos,  
Scaphæ non ultra binos, caussa autem fuit, quod illud,  
ad Scapham adhibitum, nimis recens fuerit, quo fa-  
ctum, ut nimis contractum fissuras caußaverit.

Hujus arboris cortex depuratus ac sponte decorti-  
catus, cum Sideroxyli cortice, Samama, & Gayang  
Laut aquæ incoctus & propinatus depurat puerperas,  
expellit fluxus albos aliasque inpuritates, si per octi-  
duum ejus cyathus matutino ingeratur tempore, quum  
dein medicamenta adhibentur confortantia, hujus  
cor-

Calappus-boom genomen, (Runut genaamt) en pertze  
tusschen twee planken, tot dat 'er de dikke Oly uitkomt,  
of men verwaart deze gedroogde korrels, tot dat men de  
Oly van nooden heeft; als dan stampet menze, en roftze  
in een pan, en pertze als vooren, gelyk men de Noote-  
musschaten doet, men kan de grootste en geftampte ook in  
water kookken, en de bovendryvende Oly met een lepel  
afnemen, gelyk men de Calappus-Oly maakt, doch de  
uitpersinge gaat vaardiger voort, maar men moet een goe-  
de quantiteit korrels hebben. Deze Oly is matelyk warm,  
goed om alle vuilheid en schurft des buits te gene-  
zen, op Macassar, Baley, en Bima maakt men ook brant-  
kaarsen van deze korrels, want men neemt die in de Zon  
gedroogde, en gebeele korrels, en rygtze aan een spits  
stokje, tot de gedaante en lengte van een kaarsje, of men  
stampetze, vermengtze met wat Cattoen, en ombindze met  
smalle spaanders van Bamboezan, of Gabba Gabba ge-  
maakt, tot de gedaante van een kaarsje. Zommige neemten  
de half rype vruchten, en peekelenze in, waar van men  
alleen de buitenste bolster eeten kan, als Olyven.

Dit bout heeft wel een durabele stof, doch is zeer  
moeyelyk om te bewerken voor de schaaf; en byl, alleenlyk  
kan de zaag door het versche komen, en daar uit niet  
meer, dan korte balken, en breedte planken gewinnen.  
Wat men dierhalven daar uit hebben wil, moet men uit  
het versche bout eerst in het ruige kappen, met een grofje  
schaaf bewerken, en met veel schuren glad maken.

Het is aller dienstigst tot wielen, assen, en affuiten van  
swaar Canon, want het en scheurt niet, alslaat men gro-  
te spykers daar door, wegens zyne werrige substantie,  
daarom gebruiken het de Inlanders van Key tot alderhande  
kromme inhouten van haren vaartuigen, want het in Zee-  
water inzonderheid durabel is, met de zage word het ook  
tot reedelyke breedte planken gebragt, waar uit men tafel-  
bladen, en kisten maakt, maar vereiffchen eenen geduri-  
gen arbeid, eer menze glad krygt, want met de schaaf kan  
menze niet meer, dan effen maken, blyvende als dan nog  
ruig en pelzig, daar na schuurt menze met water en zant,  
en ten laasten polytst menze droog met boenders van ge/plete  
Rottang gemaakt, en met kragt van mans armen.  
Door dit vryven komen eerst de rare drayingen, streepen,  
en baren vanaderen voor den dag, en het bout begin ter dee-  
ge te glimmen, bestervende dat van de eerste zoorte donker-  
graauw, en van de tweede ligt-ros, met gel gemengt,  
het welk ook meer glimt, dan het graauwe, en een weer-  
schyn van zig geeft.

De Portugeesche kisten, die men op Ceylon en Mala-  
baar van dit bout maakt, zyn veel grofardiger, en rui-  
ger van buiten, dan de Amboinsche, glimmen echter mooi,  
en zyn donker-bruin van colour, als het oude yzer-bout,  
waar voorze ook abusivelyk van de onze aangezien wor-  
den. Men moet dit bout tot geen werk gebruiken van  
planken gemaakt, of het moet ter deegen droog zyn, en  
omtrent een jaar gelegen hebben, ook de planken niet veel  
dunder dan een duim zyn, want dit bout scheurt wel nooit,  
nog door vogtigheid, nog door bitte, evenwel de dun ge-  
zaagde te vers gebruikt, trekken baar wat krom, inzon-  
derheid by regenachtig weer, en krimpen zeerin, zo bebb-  
en ook deze planken vers gebruikt dese faute, dat de kis-  
ten daar van gemaakt, zeer ligt vermuft ruiken, alsze  
lang gesloten staan. De Inlanders zo wel op Java, als  
in de Moluccos, en Amboina gebruiken anderzints dit bout  
weinig, om datze met haer kleine byltjes, en onnozel ge-  
reetschap, geen raad weten, die onbeschofte blocken te  
bearbeiden.

Dit bout heeft ook nog andere gebreeken, te weeten ee-  
nige drooge en pelzige plekken, die geen polytsten aan-  
neumen, maar ruig blyven, waaron dit bout van de  
Boerneezan en Manipeezan, omtrent Anno 1666. tot  
planken gebruikt aan het jagt, over de twaalf jaren  
goed gebleven is, en aan de sloep niet boven twee jaren,  
kan de voorzaak zyn, dat het geene aan de sloep verbezigt  
wierde, te groen genomen is, waar door het te veel in-  
kimpende, grote opening veroorzaakt heeft.

De schorisse van dezen boom van de buitenste ruigte ge-  
zulvert, en dan van zelfs asschillende, met de schorisse  
van Tjer-bout, Samama, en Gayang Laut in water ge-  
kookt, en gedronken, zuvert de Vrouwens, die van het  
kraambedde opstaan, zet af de witte vloe en andere on-  
reinigbeden, achtdagen des morgens een klein kopje vol daar  
van

corticis decoctum curat quoque mictum cruentum & Gonorrhæam.

Folia per noctem in aqua pura macerata, hanc cœruleo tingunt colore, uti Tabacum, quam frigidam reddunt, hac oculi lavantur inflammati, vel facies ipsa immersitur patinæ hac aqua repleta, quum ardor extinguitur feu extrahatur, ac visum refocillat, hinc & Chirurgi quidam in Banda hæc destillarunt folia, illaque aqua bonos præstiterunt effectus in ophthalmia.

In Java & Baley primores hanc plantant arborem circa ædes suas, ut & in hortis, in quibus satis eleganter erecto excrescit trunco, sed arte & labore ita formatur, ab illa parte amputando ramos, ad quam inclinare tentat.

Ob elegantem ejus umbram plantatur, atque ob odoratos flores, qui Nagasari accidunt, uti & ob fructus, ex quibus candelas formant.

Si arbor sit tenera, glabrum gerit corticem, increscentibus vero annis rugosus est ac finditur, uti in Amboinenſi, tumque lignum aptum est ad asperes prociftis & tabulis ex illo formandos.

Alter magicus ac superstitiosus usus apud incolas Boëronenses viget, quem tanquam summum arcanum nobis celant. Hujus enim arboris fructus inplantant cranio humano, quod plerumque recens illum in finem detruncatur, hujus oculos effodiunt, illorumque loco orbitis inponunt iftos nucleos, quoſ pauca obtengunt terra, ex quibus excrescit arbor, cuius usum liberis suis relinquunt.

Ex hujus arboris fructibus Oleum conficiunt, quod in lagenula corpori appendent, quo & iftud illiniunt, cuius vi cuncta valent percutere five per instrumenta jaculatoria, five per emissaria ex sclopeto similibusve. Hac arte inter cæteros excelluit *Ginadi*, frater Seg Radja Roemait in Boero, qui omnia quam certissime percutere poterat, & simul inpenetrabilis erat nostrorum globis, qui in ipsum emittebantur, quum anno 1680. nostrates in Cajeli provocaret, non autem liber erat a carnificis securi & vecti, quæ ipsum subsequenti anno in Amboinenſium catasta tangebant & porrigebantur.

Relatio hæc inservire potest admonitioni nostratis, ut si quempiam videant tali lagenula in collo ornatum, indicio sit, plerumque talem esse propugnatorem.

Si lignum hoc sit glabrum ac perdolatum, aqua perfricandum est, & pumice, qui per aliquod tempus in mari fluctuat, unde & multo durior est illo, qui ex terra colligitur circa æstuantes montes, qui tales magna emittunt vi, qui dein in mari fluctuantes periuntur.

In Rumphii Appendix hæc subjunguntur.

Anno 1692 mihi mirum ligni frustum delatum est ex Caybobbo, quod incolæ prædicabant radicem esse Bintangor, quodque in mari sub aqua excreverat, sed abruptum erat, & per mare diu fluctuaverat, inque litus projectum erat, eleganter erat incisum, acsi statuaria artz esset elaboratum, subsequenti anno Batavia missum fuit, ac locatum in insula parva, Edam dicta, ubi junctum fuit Japanenſi solario Nobiliss. Dni. Gubernatoris senioris Joannis Camphuyſii, ubi manubrio scalarum inservit.

In Hort. Malab. part. 4. Fig. 38. Malabarice vocatur *Punna* & *Punnaca*, Belgice geele *Gom-Appels*, ubi ejus descriptio cum nostra satis convenit, excepto quod non indigitetur, arboreum esse maritimam seu litoream, nec etiam opinari quis debet, verum flavidum Gummi ex hac provenire arbore, quod nostra natio colligit ex alia penitus arbore, *Carcapæli* dicta, quæ in Zeylana *Cureas* vocatur, de qua vide caput subsequens quadragesimum primum.

van gedronken, waar na men de stoppende medicamen ten appliceert, de Decoctie van de schorſſe geneeft ook het bloedpiffen, en Gonorrhæam.

De bladeren een nagt in vers water gelegt, geven het zelve een blaauwachtige coleur, als Tabak, en maken het zeer koel, bier mede wast men de verbitte oogen, of men dompelt het aangezigt in een schoot vol van dit water, dit trekt de bitte uit, en ververft het gezigt, hierom hebbē zonnige Chirurgyns in Banda deze bladeren gedistilleert, en met het water insgelyks ook goede effecten gedaan aan verbitte oogen.

Op Java en Baley planten de groote Heeren dezen boom by bare huizen, ook Landwaart in, daar by mooi regt groeit, doch met moeten daar toe gewend werd, den ſtam regt boudende, en de takken aan die zyde afkortende, daar by overweegen wil.

Zy planten hem, om zyn mooye ſchaduwē, om de welriekende bloeme, die de Nagasari naast komt, en om de vruchten, waar uit zy kaarſſen maken.

*Jonk* zynde heeft by een gladde ſchorſſe, maar in den ouderdom werd die ruig en geborſten, gelyk aan het Amboinsche, als dan is het bout bequaam tot planken van kisten en tafels.

Nog een anderen Magiſchen of ſuperſtitieuen gebruik hebben de Inlanders meest van Boero, dieze zeer geheim en voor ons verborgen houden. Want zy planten de vruchten van dezen boom in een dootschoot van een mensch, datze tot dien einde gemeenelyk vers afkappen, de oogen uitgraven, de voorschreeve korrels in de plaats ſteeken, en ſlechts een weinig met aarde, latende daar uit een boom groeyen, wiens gebruik zy aan bare kinders overlaten.

Uit de vruchten van dezen boom, makenze een Oly, dat ze in een flesje aan 't lyf dragen, ook het zelve daar mede beſtryken, door wiens kragt zy lieden alles raken kunnen, het zy door werp-geweer, als ſchieten uit roers. Door welke kunſt onder anderen vermaart was *Ginadi*, broeder van den Seg Radja Roemait in Boero, die wel op alles wel een wiffen ſchoot had, en vry was voor onze kogels, die na hem gegoit wierden, als by Anno 1680. de onse in Cajely uitdaagde, maar niet voor de beuls by en koevoet, die hem het volgende jaar op 't Amboinsche Schavot raaekte.

Dit verbaal kan dienen tot waarschouwing voor de onze, als zy diergelyke flesjes met Oly iemand aan den hals zien dragen, dewelke gemeenelyk voorvegters willen zyn.

Als het bout glad en even geschaft is, zo moet men 't ſchueren met water, en dat ſlag van dryfſteenen, dewelke een tyd lang in Zee bebben leggen dryven, en daar door veel harder geworden zyn, dan die men van 't Land en omtrent de brandende bergen neemt, dewelke zodanige genoegzaam uitwerpen, en dan in Zee dryven.

In de Appendix van Rumphius werd dit 'er by gedaan.

Anno 1692. is my een wonderlyk ſtuk bout van Caybobbo gebragt, het welk de Inlanders voorgaven de wortel van Bintangor te zyn, in Zee onder water gegröet, doch afgebroken, van de Zee lang gerolt, en op ſtrand geworpen, het was zeer aardig uitgesneden, als of het door Beeldhouwers konſt gemaakt was, het is in 't volgende jaar naar Batavia gezonden, en geplaatst op het Eilandken Edam, aan het Japanze Speelhuis van den Edelen Heer oud Generaal Johannes Camphuis, daar het tot een knop aan de trappe dient.

In Hort. Malab. part. 4. Fig. 31. biet by in 't Malabarice *Punna* en *Punnaca*, in 't Duits geele *Gom-appels*, met onze beschryving redelyk wel accorderende, behalven dat men niet merken kan, of 't een ſtrand boom zy, ook moet men niet meenen, dat 'er regte geele *Gom* van dezen boom komt, het welke onze Natie balen uit een ander boom *Carca Poeli*, en op Ceylon *Cureas*, waar over zie het volgende een-en-veertigste Hooftſtuk.

## EXPLICATIO

*Tabula Septuaginta Prima,*

Quæ ramum exhibit *Bintangoræ Maritimæ*, uti a *Rumpbio* vocatur.

A. Ejus *integrum* denotat *fructum* justa magnitudine, & putamine obvolutum.

B. *Fructum dissectum.*

C. Ejus *nucleum* sifit exemptum.

## OBSERVATIO.

*INOPHYLLUM* hoc genus a me in *Theb. Zeyl.* pag. 131. vocatum fuit ob elegantissima folia striata, fibrosa, & quasi muciculæ, atque hæc planta *Inophyllum* flore octifido, quæ est *Nux Zeylanica* oleosa major. *Herm. Mus. Zeyl.* pag. 57. & *Punna H. Malab. part. 4. Tab. 38.* & *Calaba Plum. Nov. pl. gen. pag. 39.* *Calophyllum* Indicum folio subrotundo. *Vaill. act. reg. Paris. an. 1722. pag. 283.* & *Calaphyllum* foliis ovatis, obtusis, striis parallelis transversalibus *Linn. H. Cliftort. pag. 206.* quod jungitur alteri hujus speciei flore quadrifido, quæ in *Theb. Zeyl.* pag. 130. *Tab. 60.* describitur & exhibetur. a *Rayo in hisp. pl. pag. 1525.* vocatur *Prunifera*, seu *Nucifera Malabarica*, foliis *Nymphaeæ*, fructu rotundo, cortice pulvinato, & a *Pluknet. Arbor Indica*, *Mali Medicæ* foliis amplioribus, *Maderaspatana*, forte *Punna H. Malab. Phyt. Tab. 147. Fig. 3. Focraha Flacourt. Hisp. Madagasc. pag. 139.* Nomine *Bintangor* arboris maritimæ describitur a *Valent. pag. 216.* reliqua vide in *Theb. Zeyl. pag. 131.*

## CAPUT VIGESIMUM SEPTIMUM.

*Bintangor silvestris. Bintangor Utan.*

**Q**uam irregularem etiam & sordidum truncum gerit præcedens *Bintangor*, tam elegantem & bene ordinatum hæc *Bintangor* montana seu *silvestris*, siue inter sece comparentur, differunt quantum crassus & incomptus rusticus a tenera ac polita puella. Truncus montanae *Bintangor* est rectissimus & gracilis instar *Pinangæ*, raro crassitiem *Calappi* adtingens.

Ejus folia sunt octo vel novem pollices longa, binos lata, vetusta vero acutum gerunt nervum medium ab inferiore parte, atque in longum acutumque desinunt apicem, præcedenti firmorem, sine ordine petiolis insident, funtque porro litorali *Bintangor* similia; dum vero hujus lignum duplex est, album nempe ac rubrum, parvum quoque inter folia observatur discrimen, in una enim specie sunt acuminata, in altera vero obtusa.

Hæc etiam sine ordine locantur, aliquando autem opposita sunt, & obliquam formant crucem; Quæ in Boero crescunt, longiora gerunt folia & tenuiora Amboinenibus; Trunci cortex æqualis est crassitie, externe cinereus vel flavescens ac glaberimus, interne luteus, qui decorticari potest in magna segmenta, ita ut canales inde formari possint.

Flores *Bintangor* litoralis floribus maxime similes sunt, vel paulo majores, ex quinque subrotundis, crassis, & albicantibus constantes petalis, qui intus replentur antheris luteis, longioribus insidentibus staminibus, quam in præcedenti, jucundum spirantibus odorem, sed debiliorem. Singuli quoque flores longo insident petiolo albicante, & cruciatim, uti in *Caryophyllis*, magnis in racemis congesti sunt, quorum plurimumque bini oppositi ex foliorum alis progerminant.

Fructus itidem rotundæ sunt pilulæ, duplo minores quam in præcedente, parumque acuminati, in arbore glauci, sine floris vestigio, nudo insidentes pedunculo, binos autem gerunt cortices seu putamina, quorum exterioris cultrum crassum est, primo lignosum, & fere friabile, acsi ex arena compositum esset, sub hoc alterum locatur crassius ac durius putamen, sed tan-

## UYTLEGGING

*Van de een-en-zevenstigste Plaat,*

Dewelke vertoont een Tak van de strand-*Bintangor*, zo alsze van *Rumphius* genaamt werd.

A. Wydt aan de geheele vrucht in zyn bolster en groette.

B. De vrucht opgesneden.

C. Het uitgenomene pit.

## AANMERKING.

Dit geslagt van boomen is *Inophyllum* van my genaamt in *Theb. Zeyl. pag. 131.* om dat deszelfs bladen zeer aardig geadert en gestreept zyn als de vezels van de spieren, en deze plant werd aldaar genaamt *Inophyllum* flore octifido, en is de groote Zeylonsche olieachtige noot van *Herman* in zyn *Mus. Zeyl. pag. 57.* en de *Punna* van de *Hortus Malab.* in het vierde deel *Tab. 38.* en *Calaba* van *Plumier* in zyne nieuwe geslagen der planten pag. 39. en Oostindische *Calophyllum* met ronde bladen van *Vaill. in de act. Paris. 1722. pag. 283.* en *Calaphyllum* met rondachtinge stompes en gescrepte bladen van *Linnæus* in de *Hort. Cliftort. pag. 266.* welke verder in de *Theb. Zeyl. pag. 130.* beschreven en *Tab. 60.* verbeeldt werd, en die van *Ray* in zyn *bistor. der planten pag. 1525.* genaamt werd een Malabaarische *Pruim* ofte *Noot-dragende Boom*, met bladen als de *Nymphaeæ*, en ronde vruchten, en van *Pluknet* Oost-Indische Boom, met breedte bladen als de *Appel-boomen* die mogelyk is de *Punna* van de *Hortus Malab.* en in de *Historie van Madagasc. pag. 139.* de Zee *Bintangor*-boom werd by *Valent. pag. 216.* mede beschreven, het overige ziet in *Theb. Zeyl. pag. 131.*

## XXVII. HOOFDSTUK.

*De wilde Bintangor-Boom.*

**Z**oo lelyk de voorige *Bintangor* van stam is, zoomooy en welgeschikt is de berg-*Bintangor*, en zy beyde met malkander vergeleken, vertoonen eenen groven vierkantigen Boer, by een klein Juffertje. De stam van de berg-*Bintangor* is zeer regt en rank, als een *Pynangboom*, zelden de dike van een *Calappus*-boom bereykende.

De bladeren zyn agt en negen duimen lank, twee ditoos breit, en meer, hebbende onder mede een scherpe middelribbe, en vooren een lange smalle spits, stijver als de voorige, staan zonder ordre aan de steelen, en zyn verders de strand-*Bintangor* gelyk: doch dewyl dit bout tweederley is, namentlyk wit en roodachtig, zoo wert er ook een klein onderscheidt in de bladeren gemaakt, want aan de eene zoorte zynze vooren regt toegespitst, en aan de andre loopenze stomp toe.

Zomtyds staanen ook zonder ordre, zomtyds tegens malkander, en maaken een slauw kruis. Die van Boero zyn ook langer en smalder, dan de Amboinsche, de schorste van den stam is egaal dik, van buiten licht-graauw of bleekgeel, en zeer effen, van binnen geel, men kanze niet groote stukken afschillen, zo dat men gooten daar van maaken kan.

De bloeme is het strand *Bintangor* meest gelyk, of wel zoo groot, uit vyf ronde, witte, en vette blaadjes gemaakt, en binnen gevult met veel geel zaad, op langere draaden dan de voorige, mede goed van reuk, doch slapper: Ider bloem insgelyks staat op een langen witten steel, en in 't kruis, gelyk de nagelen, aan groote troffen, waar van gemeenlyk twee tegen malkander uit den schoot der bladeren voorkomen.

De vruchten zyn mede ronde pillulen, tweemaal kleiner dan aan 't voorige, met een kleine spitz voor op, aan den boom spaans-groen, zonder overblyfzel van de bloem op den bloeten steel staande. Hy heeft twee bolsters of schellen, waar van de buitenste een mes dik, eerst boutachtig, byna bryzelig, als of ze van zant gemaakt was, daar onder leyt een ander dikkere en barder schaal, ten laet.